

GEORGIUS THEANDER PROFESSOR INGOLSTAD-
diensis.



GEorgius ille natus est anno 1500. Is à teneris
annis literis operam dedit, & in bonarum ar-
tium studio egregiè profecit. postea uerò Theo-
logiæ operam dedit, atque linguarum studium
huic professioni coniunxit. Itaque factum ut præ-
claram Hebrææ & Græcæ linguæ cognitionem
adeptus fuerit. Cum etiam sacrarum literarum &
sanctorum patrum lectionem sibi familiarem red-
didisset, Theologiæ Doctor creatus fuit. Hoc mo-
do cum fœliciter perrexisset, anno Christi circiter
1535 Theologiæ professor in celebri Academia In-
golstadiana cōstitutus est. Eam functionem is ma-
gna grauitate per multos annos optimè continua-

uit, & cunctis gratisissimus extitit. Quin & hodie in eadem professione per-
git, & suis meritis magnam sibi in ea Academia existimationem comparauit.
Anonym.